

P. Stampa Giuseppe

Ars oratoria travita
in Collegio Clementino

ms Roma 1706



201 - 86

201
86



ARS ORATORIA

A. R. P. D.

IOSEPHO MARIA

STAMPA

CLERICI REGVLARI

SOMASCO

IN COLLEGIO CLEMENTINO

TRADITA



DATVM ROMÆ ANNO MDCCVI

ARS ORATORIA

C. P. H. A.

JOSEPHO MARI

SALVAT

ПОДРОБНОЕ ОБРАЗОВАНИЕ

ODDANOSZ

ОПТИКА И ОПТИКО-И

ATTICAS CITY

D E

ARTE ORATORIA

LIBELLVS



De Arte Oratoria Libellus.

Primum.

Imitatio

ARTA ORATORIA

LIBELLA

Agat et precepta inutilia, quibus Ars oratoria
tradebatur, et sciant omnes, e nimia potius Precepto:
rum industria, quam dissentis, inertiam provenisse
et artium discendarum difficultates, quas igni nobis
obstruimus, cum vitamus. Accipite uno haustu,
quod prius luctu vix integro delibare potueris,
et reveratis omnino Rhetorice gromfruariis, vestra
fames exsaturetur. Adolescentes, egregii Rethores vel
unius hebdomade spatio studiendi. Compendium vobis
bis breve disposui, quo positis, et panis universa
perceiperet, quin labore vos nimio fatigetis, et panis
nisi universa perieletari, quin Preceptoris ulius indi:
geatis. Aenam inani vos teneo eure meq; laudatione?
propositum renemus.

De Ar:

De Arte Oratoris in se

Brevis

Informatio.

Rhetorica est ars eleganter dicendi. Dividitur in artem Poeticam, et Orationem. Ars Poetica, et ars eleganter dicendi apposita ad Delectandum. Ars oratoria est ars eleganter dicendi, apposita ad persuadendum. Quae materia circa quam versatur est super omnia, que ponunt eadere in disputationem. Materia ex qua sunt ea tantum, de quibus disputatione in rati, vel rati causa officium. Oratoris est dicere apposita ad persuadendum. Finis Oratoris est suadere.

Opus Oratoris est Oratio, que nihil aliud est, quam discursus appositus ad persuadendum. Oratio habet quatuor partes. Exordium. Narrationem. Confirmationem, et Perorationem. Ut orator suadeat, debet declarare, ut praeceps in Exordio, docere, ut praeceps in Narratione, convincere, ut praeceps in Confirmatione, movere, ut praeceps in Peroratione, de quibus Orationis partibus agemus infra.

Tres Oratoris partes sunt essentiales, nempe Inventio, Dispositio, et Ornatio, ideoque rationem Oratoriam dividemus in tria Capita.

De Spectantibus ad Inventionem.

Caput Primum.

Ad Inventionem referuntur omnia de quibus et quorum medio disputationum est. Ne quibus disputationum sunt cause illae, quas Orator agere deberet. Quoniam medio disputationum sunt argumenta, quibus easdem causas tueri deberet.

Tria sunt genera causarum judiciale, quod spectat ad absolutionem, vel damnationem. Deliberativum, quod spectat ad utilitatem, vel damnum. Demonstrativum, quod spectat ad laudem, vel vituperium. Judiciale respicit presentem. Deliberativum respicit futurum. Demonstrativum respicit presentem, presentem, et futurum. Verum Demonstrativum tam modo sumendum, amplieatur causa omnes, de quibus disputatione.

Argumenta sunt conjecturae quodammodo, que usurpantur ad veritatem demonstrandam. Alia intrinsecas, alia extrinsecas sunt, prout a locis topieis vel extrinsecis, vel intrinsecis eruuntur.

Loci extrinseci sunt testimonia, et Divina, et Humana. Testimonia Notorum, leges comparatio similius, (majorum), minorum, et Parium.

Intrinseci sunt Definitio, [que est Oratio explicans naturam, et essentiam ipsius genus, et differentiam] Descriptio ab enumeratione Partium: (om:

traria: Regugnantia: Consequentia & et omnes rei circumstantiae, que continentur hoc versu.

Quis, quibus auxiliis, quid, cur, ubi, quomodo, quando.

Sive igitur intrinsecā sint argumentā sive extrinsecā, ea sunt speciei diversæ, nempe vel syllogismi, vel enthymemata, vel dilemmata, vel inductiones, que cum singula referantur ad syllogismum agemus presenti de Syllogismo.

Syllogismus igitur est discursus aliud minus cognitum ex alio magis cognito deducens, et constans tribus propositionibus, majori, minori, et consequentiā. Major, et minor vocantur etiam premissæ. Consequentia vocatur etiam conclusio, et hæc est ea propositio, que assumitur demonstranda.

Propositio igitur illa est, qua homo aliquid affimat, vel negat. B. g. Virtus est amplectenda. Virtus non est amplectenda: Omnis Propositio constat semper tribus partibus, partibus nempe Subiecto, Cogulâ, et Predicato. Subiectum est de quo dicitur aliquid. Predicatum est quod dicitur de aliquo. Cogula est connexio Predicati cum Subiecto, ut in hac propositione: Virtus est amplectenda. Virtus est Subiectum est Cogulâ amplectenda Predicatum.

Vulnus ne construere Syllogismum, demonstrans aliquam propositionem? Querite & locos Tropicos rationis, nem cur de Subiecto dicatur, vel negetur Predicatum.

5.
Hæc ratio vocatur medius terminus. Collocetur medius terminus pro Subiecto prime propositionis, et hanc universalis. Addatur Cogula, et Predicatum Conclusionis, et habebitis primam propositionem, nempe maiorem Syllogismi.

Sumatur modo Subiectum, et Cogula propositionis pro subiecto, et Cogula secunde Propositionis. Addatur medius terminus pro Predicato, et habebitis secundam propositionem, videlicet minorem Syllogismi. Addite nunc propositionem demonstrandam pro Conclusione, et habebitis integrum Syllogismum, cuius figuram sic exprimemus ad memoris solarium.

M. T	Cop.	Pred.
Subjec.	Cop.	M. T.
Subjec.	Cop.	Pred.

Notandum est quod si Conclusionis fuerit negativa aliqua ex premissis deberet esse negativa.

Enthymema nihil aliud est, quam Syllogismus imperfetus, carens alterum ex premissis. B. g. Syllogismus perfectus erit hic: Omne bonum est amplectendum, Virtus est bona, ergo Virtus est amplectenda. Si omittatur aliqua ex primis duabus propositionibus erit

Dñli:

Entitatem.

Dilemma nihil aliud est, quam duplex Propositio, quarum utraq[ue] in Syllogismum redacta jugularunt adversarius &c. Vel offendis Deum quia severum: vel quia bonum. Si offendis quia severum, contra quisquis severè puniri non est offendendus: Deus severi puniri, ergo Deus non est offendendus. Si vero offendis quia bonum contraria. Omnis bonus non meretur offendi. Deus est bonus, ergo non meretur offendi.

Inducio est cum aliquod universale deducitur a pluribus particularibus &c. Petrus studet, Paulus studet, Antonius studet, ergo omnes student.

Sunt et aliae species, et figure Argumentorum, que cum vel coincident cum Syllogismo, vel reducantur ad Syllogismum omittuntur. Si fuerit autem species aliquo Syllogismi, que reduci non posset ad formam Syllogismi sive assignatam falsa erit nec admittenda.

De Spectantibus ad Dispositionem.

Caput Secundum.

Ad Dispositionem referuntur omnes partes Orationis, earumque ordinata distributio. Partes Orationis quatuor sunt Exordium, Narratio, Confirmatio, et Periodatio. Sunt qui addunt, et quinquam nempe Confirmationem, que debet precedere Confirmationem. Si prae-

paratur jam locutus, si aliter debet sequi Confirmationem.

Exordium igitur est ingressus Oratoris ad propositiōnēm propositiōnēm in Oratione demonstrandam, eoque utitur Orator ad conciliando Auditorum animos.

Exordium quatuor partes habet Thesis, rationē Thesis, Hypothesis, et Basis, que est ipsa propositio in Oratione demonstranda.

Quatuor eruuntur e bonibus & cordia. Primo a visceribus causę, secundo a contrario, tertio a circumstantiis, quartō ab Historiā, Tabula, Similitudine &c. Non adducuntur aliae cordiorum species, nam convenienter cum antedictis.

A visceribus Causę eruuntur cordia, cum Thesis cordii eruitur ex ipsa propositione Orationis. Hoc pluribus modis fieri potest.

Primo sumendo ipsam propositionem in Oratione demonstrandam, quasi dubitatis ad Demonstrari posse. Hęc igitur propositio erit Thesis. Ratio dubitandi erit ratio Thesis. Determinatio ad eam demonstrandam erit Hypothesis ipsa eadem propositio reflecta erit Basis &c. Quæritur utrum Virtus sit amplificanda. Hęc Thesis. Quid dicam nescio nam si dico & hęc ratio Thesis. Si locutus meq[ue] sententie sit dicam quod sentio: hęc Hypothesis. Virtus est amplificanda: hęc Basis.

Secundo eruitur Exordium a visceribus causę eodem

8.
eodem modo quo eruitur prima propositio Syllogismi cum haec dispartire, quod M^m. I^r in exordio debet esse sub indeterminata particula aliquid, quod in syllogismo est sub determinata particula Omnis. Hoc autem erit prima propositio Exordii. Additur ratio pro secunda parte exordii pro Hypothesi incipit determinari, quod in prima Exordii parte erat indeterminatum. Basis Exordii erit ipsa propositio in oratione demonstranda. Quidam. Demonstranda sit hae propositio. Virtus est amplectenda. Queratur M^m. I^r. Quia bona. Igitur prima propositio Exordii sit aliquid bonum est amplectendum. Addatur ratio pro secunda Exordii parte pro Hypothesi queratur quodnam sit hoc bonum amplectendum. Pro Basi dicimus virtutem esse amplectendam.

Tertio Exordium a visceribus cause eruitur assumendo ipsam propositionem in oratione demonstrandam, mutato vel subiecto, vel predicato in aliquid aliud quod nihil habeat commune cum subiecto, vel predicato propositionis demonstrande. Quidam. Demonstrandum sit virtutem esse amplectendam. Mutemus &c. predicato, et dicamus pro prima parte Exordii virtutem esse difficultem. Addatur ratio pro secunda Exordii parte. Tertia Exordii pars nomen Hypothesis erit hae. An igitur quia virtus difficultis est eam non amplectemur? Immo vel per hoc dicimus virtutem esse amplectendam, et hae erit Basis.

Quarto

9.
Quarto deducitur Exordium a visceribus causis omittendo particulam illam cui maxima vis infinita propositionis in oratione demonstranda. Quidam. Sit demonstrando hae propositio. Virtus est amplectenda nobilibus: omittatur illa particula nobilibus, et habebimus primam propositionem Exordii. Sit igitur Exordium virtus est amplectenda. Quia utilis, quia honesta, quia delectabilis. Nobilis tamen videntur non egere utilitate, honestate, delectabilitate virtutis. Nico tamen nobilibus amplectendam esse virtutem. Exordium a contrario est cum mutamus subiectum aut predicatum propositionis in oratione demonstranda in aliud ipsum contrarium. Additur ratio pro secunda Exordii parte. Pro tertia Exordii parte erit quedam similitudinem asserendi rationibus jam adductis. Ultima pars exordii nihil aliud erit quam refutatio proponere propter existimationem propositionem in oratione demonstranda. Quidam. Demonstrandum sit in oratione virtutem esse amplectendam. Dicatis ergo pro prima Exordii propositione, mutato in contrarium predicato. Virtutem esse fugiendam. Addite rationem pro secunda Exordii parte. Tinge adhuc etiis huius sententia, propter tertiam Exordii parte. Dicatis tamen virtutem esse amplectendam pro Exordii Basi.

Exordium a circumstantiis est cum exordiatur a consideratione aliquius ex presentibus circumstantiis, deducendo sermonem quasi gradus quoddam

10.
Ad propositionem in oratione demonstrandam s.g.
Demonstrandum sit hęc propositio Virtus est ample-
ctendam. Exordiri poteritis a consideratione vestre
personę, quę cum virtutibus omnibus careat loqui
audeat de virtute agud sufficientissimos viros. Hypo-
thesis erit hęc: ut nihilominus virtus abeat ab
illis, qui dederunt virtutem clarissimum testimonium
dicetis esse vos probaturos virtutem esse amplectendam

Exordium ab exemplo similitudine et fabula
est cum ingredimur exordium cum aliquo ex antedi-
ctis bonis. Secunda pars exordii, quę ramen omitti
potest, erit Rei narrare indeterminata consideratio.
Hypothesis erit expositio nostre sententiae circa no-
raturam rem. Basis exordii erit interpretatio adducti
Exempli. Similitudinis fabula. Cee ad rem nostram
s.g. Demonstrandum sit in oratione virtutem esse
amplectendam. Exordiemur ab Historia hoc facto.

Licinius Imperator proserpuit omnes ex Am-
perio sapientes. Secunda pars exordii pars erit. s.g. In-
risio hujus Imperatoris. Tertia pars exordii erit vir-
tutem proscribi non posse sine totius Mundi confu-
sione. Erit igitur quarta pars exordii proponere vir-
tutem esse amplectendam. Sufficiat hęc de exordio
quod exceedere non debet orationis partem orationis.
Officium oratoris in exordio deletrare est et atentus
arque benevolens sibi reddere auditorem, novitatem,
honestatem, utilitatem, et juuunditatem propositionis.

Mem:

11.
Meminerit Orator, ne in exordio in figurę
vehementes, et in acutissimas questiones feratur.

Meminerit humiliter de se ipso sentire op̄ti-
me de Auditore imo optimè etiam de ipso Adversario,
ne vice Benevolentie indignationem eviceret.

Narratio nihil aliud est, quam propositionis
in oratione demonstrande sua explicatio. duas
hęc partes habet; positionem, et divisionem.

Expositio nihil aliud est, quam explicatio Au-
ditoribus facta, quomodo intelligi debet propositio de-
monstranda.

Divisio nihil aliud est, quam informatio Au-
ditoribus facta de argumentorum distributione in
argumentatione servanda.

Expositio, que prima Narrationis pars est,
firę explicationem Subjecti, tunc Predicati, tunc eq-
terarum, si quę sunt circumstantiarum definitiones
nem, et rei descriptionem ab enumeratione partium
summodo Subjectum aut predicatum, aut reliquę cir-
cumstantias fusas egeant explicatione. Cum enim pro-
positio demonstranda fore nova sit, ac de rebus que
non cadere in disputationem, ideo semper aliquid ex-
plicandum erit, ut Auditor sciat quid dicturi sumus
et quomodo velimus intelligi quod proponimus.

Divisio que secunda Narrationis pars est,
eritur dividendo predicarum in duo, vel tria, vel
quatuor alias predicatora ipsi subalterna. s.g. si Demon-

strandum

strandum sit virtutem esse amplificandam ampli:
fierendam dicimus, quia honestam, quia utilēm,
quia delectabilem. Poterit etiam dividī predicationem
in duas, vel tres, vel quatuor circumstantias, juxta
quas verificatur propositio in oratione demonstran:
da. Et si demonstremus virtutem esse amplificandā
nobilibus, et agnobilibus.

Sunt qui divisionem in exordio faciunt neque
improbo, dummodo propositio demonstranda adeo clara
sit, ut non egeat expositione.

Nam tunc omittitur narratio, et assumitur sola di:
visio. Tunc autem pro narratione, sufficiat explicare
majorem syllogismi, quem primo suscipimus exponen:
endum in argumentatione. Si autem propositio
egeat explicatione, ridiculum est dividere, quod prius
non fuerit explicatum. Argue hoc sufficiente de nar:
ratione. Confirmatio est rei propositio demonstratio
justa divisionem in narratione factam. Tot habet
partes, quae capitulo haberet divisio. Singula partes Con:
firmationis sunt totidem syllogismi.

Syllogismus Rhetoricus differt a Philosophico,
quod hic tres habet propositiones. Syllogismus Rho:
ticus potest habere partes innumeratas, que ramenre:
ducuntur ad quinque partes. Prima pars est major
syllogismi. Secunda pars sunt rationes omnes ma:
joris. Tertia pars est minor. Quartae pars sunt ratio:
nes omnes minoris. Quinta pars est pars, sive Con:
clusio

clusio syllogismi. Hujusmodi syllogismus vocatur ab ora:
toribus rationatio. Sive egicherema. Hoc autem syllo:
gismo utimur ad amplificandam quamcumque sententia:
ex propositionem, eandemque demonstrandam. Differt
etiam in hoc syllogismus Oratorius a Philosophico, quod
in his tres propositiones suum semper ordinem servant,
in illo vero non semper, dummodo viteretur confusio.
Poterunt igitur rationes majoris precedere maiorem, et
rationes minoris procedere minorem. Alter locum mu:
tare non licet, quod si vel major, vel minor syllogis:
mi Oratorii manifesta fuerit supervacaneum erit.
Addere rationes. Prima propositio syllogismi Oratorii
incipit absolute. Rationes majoris introducuntur hoc
ferme facto namque, nam, enim, nempe, nimilium,
videlicet, scilicet, etenim, quia.

Minor introducitur hoc ferme facto. Verum,
enim vero, cum vero, cum autem, quis autem nescit
quod autem, argui, ut, sed.

Rationes minoris, introducuntur eodem facto,
quo rationes majoris.

Conclusio inducetur hoc facto, quare, quo prop:
ter, quo circa, argue, ideo, idcirco, itaque, annon ergo,
nonne igitur, quis ergo, negat, ignorat, dubitet, in sicie:
tur, quamobrem, quo cum ita sint, quo si tam certa,
quam vera sunt, quo si tam credita, quam credenda
quod si. Quibus formulis additur conclusio, quo pse:
rumque interrogationem evicitur.

Formulis transcendit ab una ratione ad aliam
hujusmodi esse possunt. Ad eis quod, accedit hinc, præterea,
omittit, sileo, prætereo, quid quod, quidrum, præterquam
quod, et sane, ac proficeret. Deinde, ac proposito.

Formulis inducendi rationes oppositas hujus:
modi fere sint: Neque dicas, neque vero, at inquies, at
enim, at vereor ne quis obsteret, et anerat, obiecties mili-
torum, neque ramen inferior, neque grossus inficias eq;
neque arsim negare.

Formulis respondendi sint fere hujusmodi:
At fideat, esto, sed detur hoc, utinam ita se res ha:
bent, hancor quidem, verum enim vero, quid contra
nos? quid interest, quid refer, Huius rationes hujus:
modi contra: quid si ramen, quid si vero? filear, sed
faeciar, oī geras exhibandas! oh mentis obtuse, aeu:
mina! o cucurbitas! o fidiculas cantiones! o fabulas
queris recitandas! o queriles ineptias! o muliebris som:
nia, vanniles nugas!

Formulis abrumyendi sermonem postquam de
re aliquā plurā disseritis hujusmodi fere sunt, quid
pluribus, quid plura, sed quid ego vos moror, quid frustra
vos zeno, at satis, at quorsum hinc, at quo feror?

Modus redirendi ad rem propositam, postquam
ab ea progressi fuerimus hujusmodi fere sit, verunta:
men agere propositum renemus. Sed ad rem, nunc
ad rem nostram, at genito plurā dixisse, quid fuis:
tra currenti egos calcariο figimus, at sus mineri:

vam, at sagientibus paucis suis, at unico dicam verbo

Notandum est ultimo, quod rationes debiliores eu:
jusmodi sunt exempla similitudinis, et ceteri loci extrin:
seci: afferendis sunt per congeriem, ut quod dividit vim nullā
habent conjunctis habeant.

Confutatio nihil aliud est quam responsio objec:
tibus adversarii, quas aut vobis objecerit, aut vobis obji:
ceret potuerit. Debet igitur breviter contrarium argu:
mentum afferri, cum premisse debent negari, vel dis:
tingui nisi negari potuerint. Nos addende a nobis erunt
rationes nostre, quibus Adversarii argumenta refelamus.

Pervoratio est Orationis conclusio. Quas haec partes
habent, Epilogum, et motum affectuum. Epilogus est
brevis repetitio argumentorum, que in Orationis decur:
su adducuntur. Motus affectuum est concitatio ani:
morum ad eos affectus, et quos inducuntur. Auditores
ad amplectendum, et exequendum sententiam nos:
tram: Quamvis autem motus affectuum habere possit
locum in Orationis decursu habet ramen præcipue
in pervoratione, cum tunc sufficiatur. Auditorum
intellexus dispositus ad veritatem amplectendum, nec
alius supersit, quam disponere affectibus voluntarem

In Orationibus Academiacis motus affectuum
plerumque omittitur nisi oratio Academica declama:
toria sit, quia ad ingenii exercitacionem admittit
motum affectuum.

De Affectibus.

Brevis Digrressio.

Affectus est animi motus, & quam aliquid appetimus, vel aversamur, et vehementius quam pro status quiete mentis conveniat impellimur. Sunt autem amor, desiderium, odium, fuga, gaudium, tristitia, spes, desperatio, metus, audacia, ira, mansuetudo, commiseratio, indignatio, invidia, emulatio, pudor, gratia, quibus adde tres alios, nempe risus, admirationem, et contemptum, de quorum singulis nunc est agendum.

Amor igitur est animi propensio in bonum vel verum, vel apparentem, vel presentem, vel absens. Moveretur fiducia, sinceritate, modestia, generositas, convictu, gratitudine, urbanitatem, obedientiam, patientiam, innocentiam, galanterudine, imitatione, et omnino a rei amando laude, ac presentino amore recipiendo. Temperatur contrariis.

Odium est aversio animi a malo, vel vero, vel apparente, vel presente, vel absente. Moveretur arrogantiā, superbiā, avariciā, fœditate, personae less dignitate, sedentis, et lesionis indignitate, malignitate, et omnibus fere animi corporis, atque conditionis, vitiis, omnibusque motu amori contrariis. Fenitur autem genitentia demonstratione culpe, confessione, lacrimis, precibus, laudibus, obsequio, beneficentia, et

omnibus ad movendum amoremque centibus.

Desiderium est appetitus boni vel veri, vel apparentis, sed absentis. Moveretur autem spes, laude rei desiderante, honestate utilitate, delectabilitate, possibilitate, et omnibus motu amoremque centibus. Tempore natura desiderium impossibilitate boni acquirendi, et labore, in honestate, in utilitate, injunctitate, virtute ratione rei desiderante, et omnibus odium motuibus.

Fuga est aversio animi a malo, vel vero, vel apparente, sed absente. Cneitur ex metu periculi grossimi, ex mali gravitate, et ex omnibus odio motu amoremque centibus, ac desiderium temperantibus. Phibetur longinquitate, aut impossibilitate, aut levitate pereiuli, et omnibus spem motu amoremque centibus, ut infra videbimus.

Gaudium est motus animi quo ampleximur bonum presentem, quatenus presentis est. Moveretur securitas boni ex generatione acquirendi difficultate jam vici, bono insperato, rei novitate, admiratione, delectatione, gloria, felicitate hostium infortuniis scelerum suorum, glorio, miseriarum recordatione. Fenitur vanitate rei metu jaeture, et adjuncta rebus memore, ne non omnino modo rei degresione, quam gaudium nascitur.

Tristitia est motus animi, quo dolemus de presenti malo. Moveretur autem propris consanguineorum, ac gloriae grumnis, quibus eos indigamus adversitate fortuna, egestate, jaetura, fine frustato, fuge impossibilitate. Creaturur tristitia afflere

afflire personae innocentiae malorum necessitatem,
miserorum comparatione, sive mutande fortunam, et
virilis constantia exemplis.

Spes est motus animi in bonum absens
et difficile, quod ramen labore obtinere posse. Mo:
verur ex fortitudine animi, et corporis, ex medijs ja:
garatis ex fortentia, ex officiis, ex amicorum pre:
dio, ex prudentia, ex negotii demonstrata facilitate,
ex alia facta rei experientia, ex omnibus denique
medijs ad finem obtainendum.

Desperatio est motus animi quo diffidimus
vel in bono consequendo, vel in malo repellendo, et
moveatur movendus spes contrariis.

Metus est animi motus, quo malum ali:
quod absens fugimus, quod ramen non sine labore
vitare possumus differat a fuga, quia fuga est aversio
a malo etiam necessario, metus vero est aversio a
malo, quod vitari potest, licet cum aliquam difficultatem.
Moveatur ex periculi magnitudine, vicinitate malorum
impudentium signis, atque prodigiis, ex adversarii fo:
tentia, astu, improbitate, ex infelici experimento
alias facta, et precipue ex malâ conscientia. Diluitur
metus fontibus spem, desparationemque moventibus.

Audacia est spes proximi boni cum con:
tempno rerum horribilium, differat a spes, quia spes
timet, audacia nihil timet, et querat omnia sibi fa:
cilia. Hac situr ex periculi subeundi necessitate, ex
causa justitia, ex presentis indignitate fortunam, ex

rei

rei honestatem, utilitatem, deleterabilitatem, facilitatem, ex
omnibus spem moventibus, et desparationem. Generantur
fontibus omnibus metum moventibus, et spem, atque
desiderium temperantibus.

Ira est uleiscendi sui, cum dolore conjuncta
et confusio. Moveatur contemptus, Adversarii gaudio,
spes frustrata, eorum viruperatione, que laudari cui:
sumus. ex injuria ab amicis aeeegrata, et publica
injuria, ex amicorum, et consanguineorum lesionem,
ex maligna offensoris voluntate, ex maledictis, ex tra:
lide, ex repulsâ, ex publicâ exprobatione, ex ingratitudine,
ex conatum nosrorum retardatione, ex off:
ensoris utilitate. Lenitur ex mitigantis conditione,
ex injuria prius illata, ex genâ jam dura, ex occasio:
nis exasperatione, qua uleiscamur, ex facilitate, ex inu:
tilitate vindicare et invito factis, et ex omnibus
odiis temperantibus.

Mansuetudo est motus ire contrarius,
quo animus iratus fedatur. Moveatur ex beneficiorum
aeeceptorum memoriam, ex offensoris debilitate, ex vo:
cis, oris, gestus illecebris, et ex omnibus odium, et
gram temperantibus.

Commiseratio est motus animi, seu dolor
ex malo alterius, quo estimatur indignus. Moveatur
ex amicorum, aut parentum, aut progenitorum in:
fortuniis, ex sortis mutatione, ex malorum duratione,
ex calamitosâ senectute, viduitate, orbitate, infirmitate,
et merito personae infelices, ex bono ante aetate

felicitatis

felicitatis uerū, ex optimā indole, ex innocentia et
ex sortis indignitatem. Et si tinguatur commiseratio bon:
ibus, quibus ira, vel odium excitatur, et praeiuste
demonstrando indignitatem felicitatis in eo, cuius
alioquin nos misereret.

Indignatio est dolor ob res secundas alterius,
quibus existimatur indignus, moverur ex comparatione
vite prioris, ex vilitatis antiqua recordatione, ex iniquo
felicitatis obtinendo modo, ex arrogantiā, ex insolentia,
ex abuso felicitatis, ex comparatione aliena vir:
tutis. Mitigatur ex meritis cognitis, ex bona indole,
ex optimo parando felicitatis modo, ex optimo illius usu
et ex omnibus bonis, quibus iram, odium, inuidia
leniemus.

Inuidia est motus Animi, ex quo quis dolor
de prosperitate alieujus sentit, non quia ille eredatur in:
dignus, non quia eandem habere vellamus, sed quia no:
sumus, haberet alter felicitatem, qua nos caremus, aut
fruimur. Moverur omnibus bonis, quibus moverur
indignatio, et presentim ex Inuidia, quam alter haberet
nosque felicitatis. Lenitur contrariis, tam praeiuste:
rendendo inuidi animi anxiuam infelicitatem, qua
seipsum torqueret.

Emulatio est dolor de prosperitate alieujus
sorte, non quod vellimus eā careat, sed quia ex ipsius vel:
sumus eādem frui.

Moverur ex majorum, minorum, et parum
praelaris gestis, eorumque laudatione, ex fame expe:
tione)

zione, ex aliena felicitate, ex gremii spe. Minuitur
contempnū laudis, impossibilitate acquirendi finem,
ex illustrium personarum, operumque degessione.

Pudor est dolor animi ex aliquā re, que
fame laborem inferre potest, moverur ex rei turpitu:
dine, ex animi remissione, ex paruus, majorum, mi:
norumque comparatione, ex naralium virtutis, ex ani:
mi, corporisque defectibus, ex criminis publicatione,
reprehensione, et ex publicā correctione. Minuitur ex
commendatione, aut excusatione reiges, ex pudoris
damno, ex omnibus denique cogitibus, quibus excep:
tatur audacia.

Gratia est animi motus, quo ferimur ad
aliquid indigenti gratis faciendum. Moverur ex per:
sona indigentia, merito, gratitudine, conditione, ca:
lamitate, extemporis loci tribuenteris, accipientisque
personae circumstantiis, ex parvo incommodo, ex re:
munerationis spe, et ex bono usu securuero. Minuitur
gratia dicendo eam fortuitō, vel invito, vel pluribus
etiam indignis communem factam, non gratis da:
ram, puericias potius quam uilem, vilem, et a:
bjecitam, redditam non datam, praeibus expectitam,
emptam, exceptaram diu, et exceptata minorem.

Risus est gaudii imitus improvitus ob
aliquid objecrum turge, sed sine dolore, cum aliqua
admiracione conceperis. Moverur Historia, aut fabula
quarum finis inexpectatus, irrisione, ironia, imitatione
vultus, vocis, et gestus suspensione animorum, cor:
rige:

reptione dictorum fieri suspicione, dictis omnibus
nihil omnino ad rem facientibus, conclusione detorta
in aliquid inexpectatum, ignorantia fieri, vel vera,
etimologiam, comparationem, contrario, causam inexpectatam
equivoco, distinctione darum, refutatione, ambiguitate,
interpretatione, mutatione vocabuli, seu littera pro:
verbio, metaphoram, desiderio impossibilium, admoni:
tione fieri, et in expectata responsione. Ceterius
cepsante admiratione, seu novitate.

Admiratio est mentis afflito ad aliquid obje:
ctum novum, cuius non intelligit causam, et suffici
intelligere. moverur suspensione, raritate, novitate
magnitudine, et omni aut hyperbolico aut Miffico
dicendi modo. Cetera admiratione ceptante novitate,
vel intellectu causa.

Contempnus denique est opinio de aliquo obje:
cto, minor, quam ipsis objecti dignitas ferat. Mo:
vetur ex rei inutilitate, consuetudine, familiarita:
te, imbecillitate, et omnibus audaciis, et spacio
moventibus. Temperatur oppositis, et maxime moven:
tibus admirationem, amorem, et merum.

Moverur autem semper affectus & figurae
vehementiores, et & omnes vividas, et aetas expre:
siones. Cavendum est ne quum movemus affectus
indueamus Auditorum in aetas aliquam questionem.

De Spe:

De Spectantibus ad Exhortationem.

Caput Terrium.

Sugerest Glorificatio, que cum sistat
in verbis, atque sententiis ideo dividetur hoc caput
in duas partes.

Aegrimum quoniam oportet seire quid
sit Periodus antequam de ipsis ornatus sermonem
habeamus, sciendum est Periodum nihil aliud esse,
nisi propositionem integrum, et absolutam ita, ut
nihil defit ad sensus sui perfectionem; prout vero
propositio Periodum componere fuerit simplex,
aut multiplex Periodus vocabitur etiam simplex,
aut composita.

Propositiones ille, que unicam constituant
Periodum vocabuntur Periodi membra. Signos etis
autem Periodum simplicem a Periodo composita
et multiplicata propositionum, que concurrunt ad
formandam propositionem aliquam integrum, et
perfectam, quam Periodum vocamus. Periodus igitur
simples erit e.g. Petrus amat virtutem. Periodus hec
duplex fieri si duæ propositiones concurrerint ad unum
tantum formandam propositionem e.g. Petrus
virtutem amat ut gloriam consequatur.

Cum igitur Periodi vocabula suffici
modo sumi possint ab Oratore in Periodo disponenda:
Pro est materialiter, et formaliter. Materialiter
consi-

24.
considerando sillabario quoniam et formaliter
considerando sensum, nunc materialia Periodi
vocabula considerabimus.


Alia igitur Monosyllaba sunt, alia
disyllaba, alia polysyllaba. Monosyllaba raro in
finem Periodi reperiuntur, præterquam sum:
es, est. In medio autem Periodi, aut in principio
nunquam sola pronunciantur, sed semper cum
alio vocabulo conponuntur que ac si unum
essent vocabulum. In fine vero Periodi habent
rationem vocabuli trisyllabi, ejus penultima
brevis est.

Dissyllaba nunquam sola pronunciantur
aut saltem raro. Habent autem Dissyllaba omnia
rationem vocabuli, ejus penultima longa est, eti:
am si Prosodia aliquando sit brevis. Polysyllabi vero
vocabula, ea sunt, que habent plures quam duas
syllabas, eaque pronunciantur vel brevia, vel longa,
prout penultima brevis erit, aut longa.

Igitur ut Periodi vocabula servent ali:
quam Harmoniam inter se, nonandum est omnia
vocabula pronunciari vel brevia, vel longa, ut supra
dixi, exceptis Monosyllabis intra Periodum consti:
tutis, namque ut dixi nunquam sola pronunciantur;
quare servandus erit hic ordo. Post vocabulum breve
aut subsequetur trisyllabum longum, aut genta:
syllabum breve, aut sex syllabum longum. Post
vocabulum longum subsequetur aut trisyllabum

longum, aut quadrisyllabum breve, aut pentasyllabum
longum, aut sex syllabum breve.

Notandum est quod ubi post vocabulum
longum subsequatur trisyllabum longum, un sonum
examerri Carminis e videtur, si vocabulum illud lon:
gum desierit cum aliqua consonanti, sequens trisylla:
bum debet incipere ab alia consonanti, aut si caperit
cum vocali, sic vocalis debet precedere duas conso:
nantes, que non sint muta, et liquida. E.g. Ego vici
virtute fortunam. Quod si dixerim Ego vici virtute
naturam habebit sonum examerri Carminis, quare
mutato vocabulorum ordine juxta prescriptam re:
gulam dixerim potius Ego virtute naturam vici
nam duo illa vocabula Naturam vici habent
vix pentasyllabi longi etiam sonum examerri
Carminis; juvanda memorie gratia en figura



Imperant
Dominantur
Beneficiunt
Cognoscunt
Mediolanensium

26.

	— — —
	— — V —
	— — — — —
	— — — — —
	Formavit
	Formaverit
Natura	Constitueret
	Consideraverit
	Neapolitanorum

In aliis trisyllabis, quadrisyllabis, pentasyllabis, sexsyllabis satis erit superque si antecedens vocabulum non derelinquit cum eadem vocali, qua coperit vocabulum subsequens, quod etiam dicas de eadem consonanti. Quod si hujusmodi vocabula in proposito non sint, componentur ex pluribus monosyllabis, aut disyllabis, ut vos usus, et lectio commonebit. Quia vero difficultimum est hunc semper tenere ordinem, satis erit si reneatur in fine Periodi.

Notandum est vocabula longiora suavius resonare in Periodo, quam vocabula breviora, atque hec de vocabulis materialiter sumptus sufficiant?

In Periodo nunquam servanda est triplex Constructio, sed non ita confundenda ut facile inveniri non possit, atque hoc spectabit ad Periodi vocabula formaliter sumptus. Vocabula magis necesse

sariar, in quibus sistit major vis verbi. Periodi que: edere debent minus necessariis, ac rei in finem Periodi verba illa, que Periodi sententiam sustinent. Adjectiva progredebent substantivis, ac dividendi aliquo alio vocabulo ne male sonent.

Conjunctiones sive adverbia relativa in principio Periodi collocantur.

Adverbia collocantur ubi majorem vim acquirunt.

Vocabula denique omnia sint honesta, sint clara, sint a bonis Authoribus usitata, neenim ad vulgariter dicendi modum accedentia. Possent huc addi Trophae omnes, et figurae Verborum, sed memorie gratia servantur in finem.

Circa exornationem que sistit in sententiis notansum est Periodum simplicem fieri posse compositam additis circumstantiis, tum subiecti, tum predicti, tum ceterorum adjacentium. Quibus consideratis est simplici Periodo compositam facietis opere ad: verbiorum Relativorum, sive ut cum Grammaticis loquar conjunctionum. Addito igitur simplici relativi ad simplicem Propositionem dupliceam facietis addito alio triplicem, addito alio quadruplicem, et sic in infinitum: *Qn* *Schedula* *pro* *ge* *tu* *rum* *R*elativorum.

ff:

saria

Adverbia

At vel atque
 Adeo ut
 Aqueus
 Alius, alia, aliud
 Aliud nisi
 Aliud quam
 Alter aet
 Antequam
 Aut pluries referitum
 Comparativa cum relativo quod
 Conjunctionis verbis
 Cum, cum
 Donec
 Dummodo dummodo
 Eatenus, quoad
 Eatenus, ut
 Eatenus, quatenus
 Interea dum
 Is, ea, id cum ut
 Is, ea, id, cum hic, illuc hoc
 Ita ut
 Ita ut, hoc est sicuti
 Item pro etiamsi
 Longe alter, aet si
 Magis, quam

Relativa

Siquia
 Siquo
 Sisque, quowque
 Sicut
 Etiam si
 Fisi
 Sesquod
 Ex quo
 Hic, ille
 Hic, hec, hoc cum ut
 Hic, hic, hoc cum quique quod
 Deireo ut
 Deireo, ne
 Demcum quique quod
 Deo ut
 Deo, ne
 Inde, unde
 Nihil, quin
 Nihil quominus
 Nihil quare
 Nihil nisi
 Nihilominus
 Hisi
 Hisi, quod
 Hisi fortasse

Maxime si
 Minus, quam
 Modò sepius referitum
 Modò pro dummodo
 Mos, ac, hoc est statim
 Ne, id est, ut non
 Ne dubitantis
 Ne probantis
 Ne supplicantis
 Ne meruentis
 Ne dicam
 Ne pluries referitum
 Numquid, an
 Nunc, tunc
 Nunquam, nisi
 Olim, nunc
 Perinde ac si
 Perinde quasi
 Plusquam
 Postquam
 Prout
 Quamvis
 Quamprimum
 Quam, tam
 Qualis, talis
 Quandiu tandem
 Quamquam tam
 Quantum tantum


Nisi si
 Non dicam sed
 Sed cum
 Non modo sed
 Non plus, vel non magis
 Non minus
 Non quo, sed quia
 Non quo, sed ut
 Non quo, sed ramen
 Non aliter ac
 Non solum, sed
 Num, an
 Quemadmodum, ita
 Quin
 Quisquis in quocunq; casu
 quicunq; in quolibet casu
 Quippe cum quique quod
 Quanto magis, tanto magis
 Eo magis, eo magis
 Quo minus, eo magis, et con
 Quominus, eo minus
 Quod pro quia
 Quod junctum verbij
 Qui, que, quod
 Quoniam
 Quot quod
 Quor, tot
 Quoties

Quamvis
 quantumvis
 quasi
 quatenus
 quandocumque
 quomodocumque
 quicunque, et quicunque
 Seus aet
 Sex pluries repetitum
 Si
 Sicut, ita
 Simil aet
 Sin minus
 Sin autem
 Sin aliter
 Sive pluries repetitum
 Statim aet, vel statimur
 Talis, qualis
 Tam, quam
 Tamquam vis
 Tantum, quantum
 Tandiu, quandiu
 Tam, ut
 Tamet, si
 Vel si etiam
 Velut
 Veluti, si

quoties, roties
 Quotiescumque
 quandoquidem
 quousque, eousque
 Tanti quanti
 Tantum ut
 Tot, quot
 Tot ut
 Totidem quot
 Toties, quoties
 Tum, cum
 Tum maxime cum
 Tum quia pluries repetitum
 Tum pluries repetitum
 Ubi pro si
 Ubi ibi
 Ubi pro quando
 Ubi pro dummodo
 Ubi pro statim aet
 Ubi pro postquam
 Ubi cumque
 Ut, ita, vel ut, ita
 Vel sepius repetitum
 Vel pro etiam
 Ut cumque
 Utrum an
 Ut pro quando

Alra:

Ultraparvum
 Unde, inde
 Unus, alter
 Usque adeo, vel adeousque
 Usque dum.
 Vis, cum
 Vis, ut.
 Ut cum coniunctivo modo.
 Ut ut, hoc est quomodocumque.

Ut qui, ut que, ut quod
 Utrum vis
 Ut primum.


Hujusce Amplificationis off Relativorum
facta habetis exempla passim auctis auctores

Quod si velitis geometrica nescio qua
proportione Periodum aliquam dilatare de simplici
duplici propositi facietis ut supra. Addite de:
inde iisdem duobus membris idem relativum, et
facietis quadruplicem. Addite nunc vel primo, et
tertio, vel secundo, et quarto membro idem relati:
vum, et facietis sextuplicem. Addite idem aliud
relativum, vel secundo, et quarto membro, vel secundo
et quinto, vel tertio, et sexto, et facietis octuplicem,
et sic in infinitum. Ita ramen ut substantiva
substantivis respondentia adjectiva adjectivis, ad:
verbis adverbiosis, verbis verbis. Cavere tamen ne ta:
lis Periodus metrum habeat trahat Cantileng.
Notandum est etiam effugienda esse omnia voca:
bula, que sonent aliquid affectatum. Habetis

Qlem:

Exemplum elegantissimum in sermone d. Leonis
page ad festum s. laurentii quod omittitur quia
longum, et lectu facile habenti breviarum.

Cum tamen non omnes periodi eodem
modo sint efferendae, quod summum tedium gignerent
auditori, ideo recurrentia erit ad Trophae, et ad figuram.
Trophi spectant fere ad verba figura, partim ad verba,
partim ad sententias. Ubi Trophae viderimus, ea figura,
absolvemus de oratoria facultate tractatam.

Trophae igitur est translatio alieius vo-
cabuli, vel etiam sententiae brevis, de verâ significa-
tione in aliâ non veram, sed verisimilem.

Precipui Trophi sunt quatuor:

Metaphora, Synecdoche, Antonomasia, Hy-
perbole.

Metaphora est translatio vocabuli in aliâ
rem ipsi similem.

Synecdoche est translatio vocabuli in
aliam rem ipsi vicinam.

Antonomasia est translatio vocabuli
in aliam rem synonymam.

Hyperbole est translatio vocabuli, vel
brevis alieius sententiae in aliâ rem fidei maiorem,
ut magis veritatem menti subiecias.

Sunt et alii Trophi, qui propter coincidunt cum syne-
rhoribus, aut raro usurpantur, protereuntur.

Figura est modus loquendi vehementior

solito

solito ad aliquid magis insinuandum inventus.

Aliq ut diximus sunt figure verborum, aliq
sententiarum. Figure verborum sunt illæ sex que se-
quuntur nempe

Repetitio est cum aliquod vocabulum refe-
ritur, aut in principio, aut in fine singulorum mem-
brorum Periodi, aut his in principio, aut in principio, et
fine, aut mutatis casibus inde cursu Periodi, aut quando
mutato vocabulo non mutatur significatio, aut cum
ultimum membra vocabulum dat sequenti principium

Synecdoche ea est cum raeetur aliquod
vocabulum, quod facilime intelligatur.

Similiter cadens est cum Periodi membra
similiter desinunt.

Isocolon est in qua plura periodi membra
varibus vocabulis, ac syllabis procedunt.

Antithesis est in quo verba verbis aut
sententiae sententiis opponuntur, quale potest esse
etiam figura sententiarum.

Commutatio est cum vertuntur vocabula
alieius sententiae, ita ut mutato eorum loco mutetur
et sententia p. q. me fugiente venis, me veniente fugis.
Hac figura utimur fere in responsionibus, nam respon-
sio eo antiquior, quo utimur verbis ipsis interrogan-
tis. Figure sententiarum haec sunt, que sequuntur,
nempe viginti, et septem.

Allegoria est similitudo, continuata per
totam saltem Periodum substantiis adverbii simili-
tudinem

tudinem connorantibus.

Apostrophe est cum ad aliquem, vel ad aliud quidquam sermonem convertimus.

Communicatio est cum contulimus alias fiduciaq; causas quid sit agendum.

Concessio est cum fiduciaq; causas aliquas Adversario concedimus.

Correctio est, quas vocabulum, aut sententiam aliquam a nobis dictam retractamus.

Degrecatio est cum Alicujus opere impfloramus.

Oblastatio est cum vel nos restramuimus aliquid esse facturos, vel aliquem alium rem advoacamus.

Distributio seu **Expositio** est cum eadem sententia explicatur, utque in suas dividitur partes.

Dubitatio est cum nos fingimus dubitare quid faciendum sit.

Exclamatio est Orationis eructio in considerationem rei admirandæ.

Gradatio est cum membra unius Periodi gradum facit ad aliud, et hoc rursus ad aliud.

Hyporisis est cum aliquod factum, ita describitur, ut subiecti oculis videatur.

Erogeja est cum alicujus mores, et motus animi intrinsecos ad vivum exprimimus.

Imaginatio, seu **Speculatio** est quædam alieni grecamus.

Interpretatio est cum aliquod factum, aut dictum justæ mentem nostram interpretamur.

Interrogatio est cum aliquem, vel aliud quidquam interrogamus, aut animatum, aut inanimatum, aut presens, aut absens.

Ironia est cum aliquid ita dicunt, ut facile oppositum intelligatur.

Licentia est cum defficit formidine, ac reverentia. Orator fareretur se aliquis libere dictum.

Præteritio est cum Orator se dicit aliqua præteritum, cum interim ea dicat.

Occupatio est cum prevenimus ea, que sufficiimus nobis ab Adversariis opponenda.

Prosopopeja est cum aliquod, vel animatum, vel inanimatum loquens introducimus in Oratione.

Reticentia est cum plura volentes dicere sermonem abrumgimus, et transimus ad aliud.

Sermoenatio est cum plures in oratione inducimus colloquentes.

Subiectio est cum nos interrogamus, et nobis respondemus, vel cum aliam interrogaverimus, ipsi nobis pro eo respondemus.

Sustentatio est cum suspenso tenemus auditorum animos, quousque tandem in aliquod effectatum erumpimus.

Epiphonema est quedam consideratio ex certa et alicujus facti narratione.

36.
Transitio est eum ab uno orationis parte ad aliam transimus quadam brevi interjectione. Verum ita debent omnia disponi, utque ordinari ut transitio sit oratori facilius, atque insensibilior auditori. Omittimus figurarum exempla, ut propter quae ipsi forestis videre apud Autores, qui de haec regule ciliariter tractaverunt. Atque haec oratoria facultate satis satis.

Annotationes ad Primum

Caput

De Inventione.

Circa locos Topicos extrinsecos, et intrinsecos supersunt declarandi aliquor loci intrinseci, et extrinseci, quorum brevem explicationem hie loci conmemoramus. Invenimus ab extrinsecis.

Comparatio igitur similiū est cum aliquid probamus a simili, seu & similitudinem &c. ut flores vis nati moriuntur, ut fulgur momento fulget, et evanescit, ita mortalī vita vis lucē fructus, cum respondeat Mors illam raffit.

Comparatio Majorum est cum a majori ad minus argumentamur &c. principes tenentur legibus, ergo multo magis subditi.

Comparatio minorum est cum argumentamur a minori ad majus &c. Pueri intelligunt me loquentem, ergo multo magis etate propositiores.

Com:

37.
Comparatio parium est cum argumentamur a pari &c. Ceteri diliguli student, ergo et ego studere debeo.

Circa locos intrinsecos hi supersunt explicandi nempe.

Contraria sunt ea, que sub eodem genere, vel specie maxime distent, ut calor, et frigus, secundum et humidum. In genere qualitatum. Virtus, et Vitium. In genere arbitrii. Avaritia, et Prodigitas, In genere vitiorum. Album, et nigrum in genere colorum. Ita ponimus igitur argumentari: Frigore Corpora condensantur, ergo calore rarefunt. Virtus est amanda, ergo vitium est fugienda.

Repugnancia sunt ea, quorum unus negat aliud, seu sunt termini incompatibles eodem tempore, et eodem respectu &c. eodem tempore ego non possum esse in duobus locis eodem respectu, ut ego non possum esse pater, cui filius natus sum. Argumentabimur igitur hoc facto: Huius a grandio natus est Romæ Petrus, ergo Paulus eum non videt, qui huius a grandio aberat Romam.

Conjugata sunt nomina ab eodem princípio deducenda; ut motus, motor, motio, mobile, mobilitas. Bonum, bonitas, bonus, bene, beneficium, beneficium. Argumentabimur autem hoc facto: Petrus moveretur, ergo est in motu, ergo habet mobilitatem, ergo aliquis est movens.

Prp:

INDEX

Alfabeticus.

A

- Admiratio c. — — — 21. Distributio c. — — — 34.
 Affectus. c. — — — 18. Divisio c. — — — 11.
 Allegoria c. — — — 33. Dispositio c. — — — 6.
 Amor c. — — — 16. Subitario c. — — — 34.
 Antitesis. c. — — — 13.
 Antonomasia c. — — — 32.
 Astrophyle c. — — — 34. Simulatio c. — — — 20.
 Argumenta c. — — — 23. Syllepsis c. — — — 5.
 Audacia c. — — — 20. Sylphonemata c. — — — 35.

 C
 Causarum genera c. — — — 23. Exordium quod est fin.
 Commiseratio c. — — — 29. Zibus exoritur c. — — — 7.
 Communicatio c. — — — 34. Expositio c. — — — 11.
 Commutatio c. — — — 33. Informatio c. — — — 23.
 Concessio c. — — — 27. Pselamatio c. — — — 34.
 Confutatio c. — — — 25. Prothojejw c. — — — 34.
 Contempnus c. — — — 22.
 Correctio c. — — — 24.

 D
 Desiderium c. — — — 17. Fuga c. — — — 17.
 Desperatio c. — — — 18. Figuratio c. — — — 30.
 Desprecatio c. — — — 24.
 Dilemma c. — — — 26.

 G
 Gaudium c. 14 — 17. Gratia c. — — — 21.
 Grada:

Finis.

Graffatio e — 31.
Metaphora e — 32.
Metus e — 33.

H
Historelon e — 33.
Hypotyrosis e — 34.
Hyperbole e — 32.

I
Indignatio e — 30.
Induetio e — 32.
Imprecario e — 34.
Inventio e — 33.
Invicia e — 20.
Interpretatio e — 35.
Interrogatio e — 35.
Gro e — 39.
Gronia e — 35.

L
Loci extrinseci et intrin-
seci e — 35.
Licentia e — 35.

M
Mansuetudo e — 39.

Metaphora e — 32.
Metus e — 33.

N
Narratio e — 31.

O
Obtestatio e — 34.
Occupatio e — 35.
odium e — 16.
Opus Oratoris e — 2.
Orationis partes e — 20.
Oratoris partes e — 20.

P
Periodus e — 23.
Pavoratio e — 15.
Preteritio e — 35.
Propositio e — 4.
Protoprofeja e — 35.
Pudor e — 21.

R
Reveritio e — 35.
Reverentia e — 35.

Rhetorice Definitio e — 2.
Risus e — — — — — 21.

S
Sermocinatio e — 35.
Similiter cadens e — 33.
Sineldodec e — — — 32.
Spes e — — — — 18.
Sustentatio e — — — 35.
Syllogismus e — — — 4.
Syllogismi figura e — 5.
Syllogismus quot
Partes habent e — 4.
Subjectio e — — — 35.

T
Transitio e — — — 36.
Tristitia e — — — 17.
Tropus e — — — 32.



— — — — — 3. 2019

四

१८
१९
२०
२१
२२
२३
२४
२५
२६
२७
२८
२९
३०
३१
३२
३३
३४
३५
३६
३७
३८
३९
४०
४१
४२
४३
४४
४५
४६
४७
४८
४९
५०
५१
५२
५३
५४
५५
५६
५७
५८
५९
६०
६१
६२
६३
६४
६५
६६
६७
६८
६९
७०
७१
७२
७३
७४
७५
७६
७७
७८
७९
८०
८१
८२
८३
८४
८५
८६
८७
८८
८९
९०
९१
९२
९३
९४
९५
९६
९७
९८
९९
१००

三

१८ अनुवाद